

grates et gratias dominationi vree referimus subiectivas quanto id ultra quam dici posset gratius et acceptabilius reputamus cordi nro tantu donum ta immensum et placabile servitu. firmantes dum vixerimus digna memoria retinendum. Ecce quidem visis magnitudinis vestre litteris de contraendo mutuo de mille libris turonesibus pro nris expensis inquisitu. fuit quis dictam petitionem mutuaveret sed cum ad presens. . . . Veneti maxime mercatores qui talibus intendere dignoscuntur no. poterant comode dictum mutuum invenire et receperisset negotium tarditate, nisi comparuissest vir nobilis Leonardus Babilonius civis Venetus qui vestre dominationis honore petitionem ipsam mutuavit nobilibus viris Johanni Ferro et Angelo Ferro eius fratri liberaliter et libenter qui nobiles Johanes et Angelus Ferro petitionem eandem consentierunt et dederunt Nobili viro Joanni de Brebanto militi pro predictis nostris expensis. Unde cum inde nobis statuerint quod petitio eadem filii suis Johani et Aniano Babilonio vel alteri eorum solvant et dent dominationem vestram duximus attentius exorandam quatenus placeat vostre potentie sic statuere et mandare quod eidem filiis suis vel alieri eoru. litteras maiestati vre ac presentes nras litteras vel latoris eide. Johanis d. Brebanti defferenti predicta solucio fieri debeat iuxta vestre dominationis edictu. ita quod idem tanto servisse domino gaudeant ceteri q. p. exempl. delectentur vre magnitudini liberalius deservire. In huius itaq. rei evidentiam plenioram sigillum nrum pendente facimus his litteris nris apponi. Dat. Venetiis die XIII mensis Junii Indictione secunda.

## XVII.

(a pag. 60).

1145.

*Patto di Capodistria.*

(Pacta II 152).

In nomine Dominis Jnesi hu Xpis anno Domini mille CXLV  
mensis dicembr. indic. nona Rivoalto. Hoc est capitulare et pa-  
ctum qd. pepigit Almericus Gastaldo et Adalperus not. et Ran-